



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

A Nicolao II. Creati cuius Epistolas quasdam habes apud Baronium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

A NICOLAO II. CREATI

cuius Epistolas quasdam habes

apud Baronium

S. HILDEBRANDVS Etruscus Cardinalis, qui postea Gregorius Papa 7. ad cuius laudes addidisse aliquid, decerpisse est, scripsit.

De Henrico 7. Imperatore abrogando lib. vt refert Cortesius.

Epistolarumque decretalium lib. xi. Romæ excusos, quorum decimus desideratur Huius (velit nolit Benno) celeberrimi Pontificis in Cathedrali Salernitana cum hoc Epitaphio iacentis, vitam, Onuphrius Panuinus, quinque libris conscripsit, quibus tanti Pontificis immortalitati consulitur.

Gregorio vij. Soanensi Pont. Opt. Max. Ecclesiastica libertatis vindici acerrimo, assertori constantissimo: qui dum Rom. Pontificis auctoritatem aduersus Henrici perfidiam strenue tuetur, Salerni sanctè decubuit, anno Domini 1085 Kal. Iunij. Marcus Antonius Columna Marcilius Bononiensis. Archiepiscopus Salernitanus, cum illius corpus quingētos circiter annos, sacris amictum, ac ferè integrum reperisset, ne tanti Pontificis sepulchrum diutiùs memoriâ careret Gregorio xiii. Bononiensi sedente, an. Domini 1578. pridie kalend. Quinctileis. P.

ODERISIUS ex comitibus Marforum Cardinalis, scripsit, vt habet Arnoldus Vuion.

Plura, maximè versu, quæ, procedente tempore, perdita sunt.

Obiit anno 1105. iacetque in monasterio Cassinensi